



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Opvs De Ivdiciis Divinis, Qvae Devs In Hoc Mvndo Exercet**

Accessit index concionatorius in omnes totius anni dies Dominicos & Festos, ab ipso Auctore confectus

**Stengel, Georg**

**Ingolstadii, 1651**

2. Diuersus galeæ vsus, diuersum belli & pacis statum indicat.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-45699**

nomine meo pacificè, & dicetis: Sit fratribus meis & tibipax, & domini tua pax, & omnibus quicunq; habebis, sit pax. Quia formula & Episcopi, in sacrificio vtuntur: nam ad populum conuersi cumq; benedicturi aiunt: Pax vobis. Èadem formulâ vtebantur olim, cùm discedentibus valedicerent. Hinc Heli ad Annam siebat:

2. Reg. 1. 17.

Marc. 5. 54.

Luc 7. 50.

*Vade in pace:* & Christus ad mulierem, quæ sanguinis fluxum patiebatur, itemque, ad Mariam Magdalenam: *Vade in pace.* Quan-

nam salutandi hoc verbo, precandique causa? Nimirum quia,

sicut cum bello malorum compendio, quidquid ferè vbiq; est

mali, venit; ita Pax nullum non hominis bonum comprehendit.

## II.

Alciatus, qui multa emblematis perquam ingeniosè expres-  
Andr. Alciat. sit, inter cetera militis galeam pinxit, quæ instar aunciaris staret,

emblem. 177. vñā dependentē, atque alijs apibus vnde quaque agminatim cir-

cumulatantibus. Carmina illius sunt:

*Engalea, intrepidus quam miles gesserat, & que*

*Sepius hostili sparsa cruento fuit:*

*Parta pace apibus tensis concessit in usum*

*Alveoli, atque fauos, gratiæ, mellagerit.*

*Arma procul iaceant: fas sit tunc sumere bellum,*

*Quando aliter pacis non potes arte frui.*

Quàm diuersus ille fuit usus galeæ? quàm contrarius effectus?  
Sub ea homines & apes poterant latitare: commodum fuit & mi-  
litum & volucrum tegmen; & quàm priùs plumbea grando pul-  
sauit, postea stipauit examen apum. Antea rorabat sanguine,  
postea stillauit melle. Dura fuit antea, & ferreum opus, quod  
pressit caput bellatoris; postea fauo seruivit pro straminea domo.  
Dulcior deposita, quàm nondum vertici imposita: siquidem dul-  
ce bellum inexpertis, sed qui re ipsa didicerunt, quid sit militare;  
beatos vocant, qui pace fruuntur; & quoties illud repetunt,

Virgil lib. 2.

Æcid.

Ifa. 32. 18.

## III.

*Nulla salus bello, pacem te poscimus omnes?*  
Quoties optarent, sub ea galea, qua teguntur, se domi suæ videre  
apes habitantes? Quoties meminerunt illius: *Et sedebit populus mens*

*in pulchritudine pacis, & in tabernaculis fiducia, & in requie opulentia?*

Eat aliquis, & melleam pacis dulcedinem cum belli absinthio  
conferat. Heu quàm fera, quàm verè ferrea, immò adamantina  
tunica amicus incedit Mauors! quàm lucida & jucunda flava

fulget